

Johann Christian Petersen

**Programma, Qvo Johannes Christianus Petersen, J. U. D. ... Ad Orationem
Panegyricam De Juris, Inprimis Publici, Prudentia, A Tempore Reformationis
Lutheri ... In Majorem Festivitatem Secundi Jubilæi Lutherani, d. 8. Novembr.
Anno MDCCXVII. ... invitat**


Rostochi[i]: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1717]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1011267438>

Abstract: Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Reformation.

Druck Freier  Zugang







Bibl.
Schol. Gustrov.

1836.

~~Mk 310.~~

Mk - 7775.





PROGRAMMA,
QVO
**JOHANNES CHRISTIANUS
PETERSEN,**
J. U. D. & DECRETAL. PROF. DUCAL. PUBL.
Ad
ORATIONEM PANEGYRICAM,
DE
**JURIS, INPRIMIS PUBLICI,
PRUDENTIA, A TEMPORE REFORMA-
TIONIS LUTHERI, IN IMPERIO NOSTRO,
INSIGNITER REFORMATA,**
IN MAJOREM FESTIVITATEM
**SECUNDI JUBILÆI
LUTHERANI,**

d. 8. Novembr. Anno M DCC XVII.

Hora Decima Matutina,

à se

IN AUDITORIO MAJORI

habendam,

MAGNIF. DN. RECTOREM,

Illustrium Collegiorum Ducalium Proceres, U-
trumque Magistratum, Cives, & Literarum

Literatorumq; Fautores, suis qvosq;

titulis conspicuos,

quam officiosissime

invitat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplissimi Senatus

Typographi,

27.



* * *
* * *
* * *



Lluxit iterum gloriosum ac lætabile
illud tempus, quo, ab Universa Orthodoxa Evangelico-
Lutherana Ecclesia, tot lætitiæ exhibentur documenta; tot
solennes adornantur festivitatum apparatus; tot sensibus
objiciuntur ovationes; tot radiantibus, iisque symbolicis
picturis emissitii oculi distrahuntur; tot tormentorum bo-
atibus aures concutiuntur, & tot vicissim blandis fidium
concentibus, variegato vocum intermixto discrimine, de-
mulcentur; tot conciones, prolusiones, preces & vota in animos demit-
tuntur. Glorioso ac Lætabili hoc, inquam, tempore, imo eo ipso die,
Ducentis abhinc Annis, entheo Divina Virtute animo, præten-
tatum quidem à multis pietate insignibus, sed proh dolor! eam hanc ob
causam, flamma & ferro abolitis Viris derelictum Reformationis Opus,
feliciori conamine, denuo ocepit, & absolvit immortalis Gloria dignus
LUTHERUS, qui sub **CHRISTI** labaro linguam & calamus
strinxit, & in Romanum armavit ac animavit Goliathum, quo Divini
Verbi fundâ feliciter strato, servile Sacræ Ipsius Tyrannidis jugum cervici-
bus nostris decussit, & delitescentem Veritatem, debellatis mendacis Pa-
patûs tenebris, juxta normam S. Scripturæ, in apicum reduxit. Dum
igitur in Periodum felicissimi Seculi provolvimur, merito Nos oportet
oblectari oblivioni illius temporis, quo tot affluentibus commodis qua-
si inebriati sumus, quô scilicet tempore **DEUS**, diuturnioris
Babylonicæ impuritatis impatiens, hunc Herculem excitavit, qui Roma-
ni hoc Augiæ stabulum repurgaret. Sanctissimæ enim Fidei dogmata ani-
libus tunc temporis defœdata erant fabulis: Procerum mundi dignitas di-
struncata: Summæ Potestates Imperiis suis & potestati superstites: Principum
autoritas

autoritas castrata, imò omnia, rerum fide hoc pacto laxatâ, in antiquum
 suum chaos delapsa & transformata videbantur: Solertes alias Musæ, ru-
 idâ ac horridâ involutæ barbarie, cum tineis & blattis rixabantur: Bo-
 narum Artium studia, disciplinæ & scientiæ jacebant, & spretæ desere-
 bantur. Eluctata tandem, sempiternæ DEO Nostro sunt grates, per
 squavidas hasce tenebras, quibus fati diu obducta fuit, Ecclesia, pristi-
 noque reddita nitore, priscam intemerati vultus circumfert puritatem.
 Antiqua Apostolica Fides, depositis Papalibus scrutis, sua repetit incu-
 nabula: Mundi Proceribus authoritas, per indomitum Dominatum iis
 ablata, iterum collata, imò potius restituta est, & ad debitas ipsis, revo-
 cati sunt dignitates: Musæ ex veterno experrectæ exporrectâ sua bona
 agnoscunt fronte: Collapsa Bonarum Artium & Scientiarum Regia, re-
 divivo superbit lapide. Tibi proinde, *Magne Luthere*,
 Tibi, inquam, omnes Evangelici Christiani, singulique illorum Ordini-
 nes, quod acceptum referant, vel maxime habent. Hinc nec Nostro
 Nos deerimus Officio, sed Pindus Noster, quem Tuo Tu, per Divi-
 nam gratiam, beasti nomine, Tibi, Suo Apollini, grata hoc tempo-
 re pæana canit. Nam non *Theologi* solum emundatam & emen-
 datam abs Te Divinam Doctrinam gratâ memoriâ profecuti sunt:
Medici Tuis meritis debent, & se debere gloriantur personatam antea,
 nunc persanatam Artem suam Medicam: *Quippeni & Jure Consulti?*
 An Hi soli Tuis forte viduati & exclusi beneficiis? Minime verò, minime,
 sed & Hi in Clientum Tuorum veniunt consortia, & æque ac reliqui ju-
 re redundantem ad fructum suum persentiscunt sacram contentionem
 Tuam. Lætâ itaque & gratâ promerita Tua recolunt mente, ob defæ-
 cata abs Te Divini Juris Didagmata, multis numeris & nominibus Tibi
 obærat. Idque iis eò magis incumbit, *ob arctiorem*, ut cum
 BESOLDO in *Templo justitiæ* §. 65. p. 66. loquar, *Juris-*
prudentiæ Nostræ, cum ipsa Theologia, quam cum
aliis Disciplinis, intercedentem cognationem. Quem
utriusque socialem nexum, authore Cicerone *de Legib. l. 2.*
 non tantum Veteres Jctos, *ab eâ parte, quæ de Sacris &*
Sacerdotibus erat, tractandi Juris initium faciendo,
 sed & Ipsum *Imperatorem Justinianum*, primas statim Co-
 dicis Sui partes ex ipsa Theologia depromendo, indigitare voluisse, in
 aprico est. *Jus Pontificium*, ut tot erroribus scatens, magnam
 Theo-


Theologiæ partem continet, & tamen æque, ac *Universum Jus Ecclesiasticum*, Nostræ Jurisprudentiæ est Objectum. Et quid multis verbis opus est, cum sola *Jurisprudentiæ* Definitio vel hospitem in Jure doceat, in Jctis non *humanarum* solum, sed & *Divinarum simul rerum notitiam* reperiri: Adeo, ut *Imperator*, ex ore *Ulpiani* in *L. I. §. I. ff. de J. & J.* Jctos *Juris Sacerdotes* hinc merito appellandos censeat, & rectè dixeris, Jctum vere talem oportere, & *Juris prudentia decoratum, & Theologia armatum* esse. Quod cum igitur *He due Discipline* tam propinquâ cognitione sibi invicem adnexæ, imò *Theologia Jurisprudentiæ* optimum fundamentum sit, nemo temere dubitaverit, quin & *Jure Consultis* prægnantissimæ suppetant rationes, quas propter & ipsi festivis hisce Jubilis publicè accedendum sibi esse, existiment. Et cum hunc in finem, inque tesseram gratæ, erga Megalandrum LUTHERUM Nostrum, & per ipsum feliciter absolutam salutiferam Reformationem, mentis & memoriæ, *De Juris, imprimis Publici, Prudentiæ, à tempore Reformationis LUTHERI, in Imperio Nostro, insigniter reformata*, discursum instituere, decreverim, abs Magnifico Domino Rectore, Illustrium Collegiorum Ducalium Proceribus, Magistratûs Utriusque Primoribus, Omnium Facultatum Doctoribus, Verbi Divini Ministris, Philosophiæ Magistris, Lettissima Studioforum cohorte, & denique Omnibus Literarum, Literatorumque Fautoribus, ut Actum huncce Panegyricum honorifica præsentia sua Illustriorem reddere haud graventur, submisit & officiosè centendo. Rostochii, Die 7. Novembr. M. DCCXVII.





Jo-
del-
en?


en

ms
ude
ach.
ha-
nei.
Ju-
ret/
ar-
tiet
an
vie-
dein
den/
Ro-
und
gen
je-
iner
zen/
det:
set-
ste
ing
ben
uch
reib
Ge-
dem
n









Als
An dem
Erfreulichem Fe
Des
JUBILAEI
LUTHERANI

Welches
Zum Zwentennahl gefeyr
wurde/

Der
Decanus Facultatis Medicæ
D. GEORGIUS
THARDING,

Zur mehrerer Celebrirung ein
SOLENNE ORATI

Den III. Novembr. Anno MDCCXVII.
Im grossen AUDITORIO hielt

Ward
Zur Vermehrung der Freude
ARIE

Vor / zwischen und nach gehaltenen / Rede
abgesungen.

ROSDORF /
Gedruckt bey Niclas Schwiegerau / E. E. Nahts Buchdrucker.

